

hat, dem Landvogt vom SpeiERGau sofort zu öffnen.
1309 Febr. 28.¹

Or. Hausarchiv K. 112 L. 2 n. 286.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus
nobili viro Georg(io) comiti Irsuto fideli suo | dilecto gratiam
suam et omne bonum.

Quia de circumspeccionis industria nobilis viri Georgii
comitis Veldentzie fidelis nostri dilecti plurimum presu-
mentes, ipsum per Spirkowiam provincialem fecimus advo-
catum, unde fidelitati tue committimus et mandamus, vo-
lentes precise, quatenus sibi omnes munitiones et castra,
quas et que quondam pater tuus nomine imperii in sua
potestate tenuit, dilatione et excusatione postpositis presen-
tare et assignare aliquatenus non recuses.

Dat. Spire, II. Kalen. Marcii, regni nostri anno primo.

Mit Spuren des rückwärts aufgedruckten Majestäts-
siegels in weissem Wachs.

XIX. Das bischöfliche Gericht zu Mainz bittet König
Heinrich VII, einen excommunicierten Oppenheimer
Ritter zu ächten. 1309 Nov. 29.

Or. Reichsarchiv, Mainz Stift St. Alban, Fasc. 9.

Serenissimo domino suo domino Heinrico Romanorum
regi semper augusto iudices sancte Mogunt(ine) sedis obse-
quiosam voluntatem ad omnia sua beneplacita et mandata.

Vestre serenitatis excellencie et excellenti serenitati
vestre presentibus cogimur intimare, quod licet nos Iaco-
bum dictum Ruhe militem de Oppenheim per annum et
amplius exco[mmun]icaverimus ad instantiam procuratoris
reverendi in Christo patris ac domini nostri domini P(etri)
archiepiscopi Mogunt(ini) multis et diversis aggravationum
sentenciis subsecutis, in huiusmodi tamen excommuni-
cationum et aggravationum sentenciis sordescere non veretur
in sue salutis dispendium et nostre iurisdictionis contu-
meliam et contemptum. Quapropter regie maiestatis vestre
excellenciam precibus quantum possumus impulsamus, qua-
tenus in subsidium ecclesiastice iustitie prefatum Iacobum
sententia regie proscricpionis dignemini innodare, ut quem

1) Gehört zu den Massnahmen gegen die Erpressungen, die der
verstorbene Raugraf sich als Landvogt hatte zu schulden kommen lassen,
ebenso wie die bekannte Enquête, die Ficker aus dem Capitelarchiv von
Pisa veröffentlicht hat. Zur Ernennung des neuen Landvogts vergleiche
das Mandat vom gleichen Tag, Böhmer, Reg. Heinrichs 33.